

cognito; D. D. Bitschio, Rectori, D. D. Lingelshemio, mei studiosissimo, & quibus non, plurimam à me salutem adscribo Et jam ubi ad uxorem tuam ventum, ei fausta omnia, ejusq; & tuæ filiolæ Susannulæ precare à me, & non multorum dierum filiola Anna Maria, ejusq; matercula, cum multis gratiis, quod ejus vices uxor tua susceptura fuerit, nisi Lucina ipsam impedisset, uti meam impedivit in excipiendis conjugibus & instaurandis secundariis nuptiis. Eadē gratiæ & salutes per tuam ad sororem ejus viduam porro pergent. Doctor Bartschius meus adeò fessus est à diuturno itinere, ut mea manu habeat opus in adscribenda Tibi tuisq; salute. Literulas ad filium D. Bartschius existimat non rectius curari, quam si ad D. Schickardum mittantur: Cui velim addere literas, si tem-
pus

pus